

Albert Willebrand

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Albertus Willebrandt/ U.I.D.
Cod. Prof. ... Ad Exequias Quae Viro ... Casparo Nettlenblatt/ A Moestissimis
Consanguineis Hodierna ... decenter parabuntur, Omnes omnium ordinum Cives
Academicos ... invitat**

Rostochii: Kilius, 1660

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77049482X>

Druck Freier  Zugang



Willebrandt, A.,

in

C. Nettlenblatt.

Rostock, 1660.

31





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn77049482X/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77049482X/phys_0003)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn77049482X/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77049482X/phys_0004)

DFG

55.

PROGRAMMA
Quô
RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
ALBERTUS Willebrandt/ U. I.D.



AD
EXEQUIAS

Quæ
anno Præstantissimo & Eximio

CASPARO
Wettlenblatt /

A
Mœstissimis Consanguineis

Hodiernâ primâ horâ in D. JACOBI
Templô decenter parabuntur

**Omnes omnium ordinum Ci-
ves Academicos sedulò & aman-
ter invitat.**

ROSTOCHII,
Typis Hæredum NICOLAI KILII, Acad.Typ. 1660.



RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
ALBERTUS *Villebrand* / U. J. D.

Hons ille ingeniorum, primusq; doctrinarū ac antiquitatis pa-
rens HOMERUS, recenset, quod Helena illa, satis superquè orbi
notissima, Marito suo, & Telemacho,
herbam NEPENTHES in Vino propinave-
rit; dum utrumq; illorum conviviō exce-
ptum; mœrore ac tristitia summā confici
deprehendisset. Nec absquè ratione. Eâ
quippè virtus herbæ prænominatæ fuisse
existimabatur, ut epota omnem mœstiti-
am atq; animi consternationem propul-
saret, bibentibusq; eam, maximam cordis
hilaritatem ac lætitiam cōciliaret. Quan-
quam

quam autem, tot inter phisicos de NEPENTHES herbâ, moveantur discursus, dum illa ab aliquibus ipsorum, herbâ quæ HELENIUM dicitur; ab aliis BUGLOSSUM; ab aliis alia quædam herba esse affirmatur; Nos interea relinquentes his Naturæ exploratoribus atquè Botanicis suas opiniones, Genuinum NEPENTHES, mortem esse asserimus, quæ est omnium dolorum ac mœrorum solutio & finis; quæ est mortalib⁹ Φαρμακονήπειρος, sivè si nomen vertas, quæ potum, dolorem ut & tristitiam expectorat̄em propinat. Quantisper enim vitam hanc mortalem vivimus, ad satietatē vel fastidium illa nobis amaritiem proponit; quam non degustamus amplius, quando verà in Salvatorem fide decedentes, Nepenthes verūm, scilicet mortem bibim⁹; de quā elegenter Cicero scripsit lib. 6. Ep. 4. f. *In morte non modò dolor nullus, verūm finis etiam doloris futurus est.* Ethocce NEPENTHES sivè dulcissimum nectar, Vir præstantissimus
Exi-

Eximusquè, CASPARUS Nettlenblatt/antè
paucos dies degustavit. Cuj⁹ potu, omnis
hujus vitæ mœstitiā excussit, omnia ma-
la, omnes calamitates abegit, & ad jucun-
dioris, felicioris, diuturniorisq; vitæ læti-
tiam semet contulit. Qui natuserat in hac
Civitate Rostochiensi, A.D. 1602, ex opti-
mis honestissimisq; Parentibus atq; Ma-
joribus. Patre videlicet Dn. JACOBO Nett-
lenblatt/Cive, Cerevisiario, per plures an-
nos provisore Ædis JACOBI solertissimo,
Viroq; Sedecimō, ac publici boni studio-
sissimo. Matre verò GERTRUDE Have-
mans. Matronâ laudatissimâ. Avus pa-
ternus illi fuit CASPARUS Nettlenblatt/Ci-
vis hujus loci præcipuus. Avia autem ma-
terna SARA Bließernichts. Fœmina non
postremarum virtutum. Avum mater-
num agnovit VALENTINUM Habemann/
Civem & Cerevisiarium hic primarium.
Aviam maternam CATHARINAM Kölz-
wen mulierem virtutibus sexus fœminei
egre-

egregiis conspicuam. Et alibus verò tam-
què piis ac honestis majoribus piè hic de-
functus CASPARUS Nettlenblatt progeni-
tus, moxq; per sanctissimum Baptismatis
lavacrum, cohæredum CHRISTI consor-
tio adscriptus; à probissimis parentibus,
in sumi Numinis cultu, in pietate, aliisq;
virtutib9, cum maximâ curâ & sedulitate
fuit institutus ac educat9, crescēteq; pau-
lulum ætate, Scholæ ac Præceptorib9 tra-
ditus; quorum fideli informatione, tan-
ta linguarum cæterarumq; artium libera-
liūm jecit fundamenta; ut ex parentum
consensu, ad Scholam aliquām publicam
ac celebriorem ablegari potuerit. Quo-
circà missus fuit ab ipsis ad Universitatem
Leydensem in Hollandiâ sitam, Virisq;
eruditissimis inclitam, in quā ille Studium
Juris, cùm diligentia continuâ ac indefes-
sâ excoluit ac exercuit, cæterasquè Belgii
Provincias, ad majorem rerum experien-
tiā capiendā, non perfunctoriè, sed cum
fructu

fructu non mediocri visitavit. Tandem ad patriam suam desideratissimam rever-sus, in illâ sua studia, nunquam otio vel de-sidiæ tempus concedens, constanter con-tinuavit, reliquamquè vitæ partem, in illis ipsis, ac in modestiâ, pietate, aliisquè Virtutibus, (quæ non fucatum sed verum CHRISTI condecorant cultorē) transegit. Vitam sincerò Christiano dignā, vel hoc ipsô, tanquam luculētissimò testimoniô declaravit; quod scilicet, per totum vitæ hujus miseræ spatiū, uti homo cum o-mnibus nobis peccatis obnoxius, devo-tissimâ confessione & contritione pecca-ta sua sœpius defleverit; sacramq; Syna-xim, uti certissimum animæ solatiū sum-serit; quod vitam tranquillam, placidam, concordem, cum proximis, & christianæ religionis membris, ad extremū vitæ spi-ritum duxerit, ut nemo mortaliū, de ipsô unquam conquest⁹ fuerit; plurimi verò, illius ex hâc vitâ secessum, amaris defleāt lachry-

lachrymis. Qui antè dies 14. nempè, in
ipsâ Salvatoris nostri Ascensionis festivi-
tate, immutabili voluntate Divinâ, ma-
gnâ corporis imbecillitate correptus fuit.
Quâprimum verò in hac ægritudine ad-
vertit, sanitatis recuperandæ spem decol-
lasse, protinus se ad solum & unicum Nu-
mén cœleste convertit, illiq; reconciliari,
ac postmodum cum illô æternùm vivere
cipiens, Dominicâ Exaudi, ad se, Virum
Reverendum Dn. JOANNEM Quistorpi-
um, S.S. Th.D. & Prof. atq; ad Ædem D.
Jacobi Pastorem, & Collegam honoran-
dum vocari curarit; coram quo ille, de-
votissimam peccatorum confessionē ore
& corde contrito edidit; & à quō præviâ
delictorum absolutione, sacro Viatico,
corpore videlicet & sanguine Salvatoris
pretiosissimō præmunitus & confortat⁹
fuit. Ad extremum, tantâ pietate, tantâq;
religione, ad beatissimum obitum semet
præparans ac disponens, valedixit huic
mun-

mundo immundissimo, DE Iq; ipsius placito, illa
ipsâ nocte, quæ primam Pentecostalem sequebatur
solenitatem, circâ undecimam nocturnam, solutus
vinculis corporis, emergens è tenebris, liberum ac
omni voluptate abundans cœlum nactus fuit, dum
fermè annum ætatis quinquagesimum octavum ex-
plevisset. Cujus corpus, integrissimæ olim animæ
hospitium, cum hodiernâ primâ, in Templo Jaco-
bæo sepeliri debeat. Vos Cives Academiæ honora-
tissimi, cå quâ par est sedulitate ac humanitate invi-
to, ut piè huic denato C A S P A R O Nettlenblatt/
Viro sanè literato & soli integritati, simplicitati, ac
ipissimæ Virtuti nato, extremum honoris monu-
mentum præstetis, ejusquè exequias frequentiâ de-
cente cohonestetis. Æternum JEHOVACH, qui
vitas actusquè mortalium dirigit, devotè obsecran-
tes, ut & nobis (quando Divinæ ejus placuerit vo-
luntati) bonum ac beatum vitæ hujus brevis ac
calamitosæ finem largiatur.

P. P. ROSTOCHII sub Sigillo Universitatis,
die 14. Junii. A. D. 1660.

Convenient Cives Academiæ horâ Primâ
in Templô D. Jacobi.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
/rosdok/ppn77049482X/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77049482X/phys_0013)

DFG




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn77049482X/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77049482X/phys_0016)



lachrymis. Qui antè di-
ipsâ Salvatoris nostri Ascen-
tate, immutabili voluntate
gnâ corporis imbecillitate
Quâprimum verò in hac
vertit, sanitatis recuperan-
lasse, protinus se ad solum
mén cœleste convertit, illa
ac postmodum cum illô a-
cupiens, Dominicâ Exau-
Reverendum Dn. JOANN-
UM, S.S. Th.D. & Prof. at
Jacobi Pastorem, & Colle-
gium vocari curarit; cor
votissimam peccatorum
& corde contrito edidit;
delictorum absolutione,
corpo videlicet & sangue
pretiosissimo præmunitus
fuit. Ad extremum, tantâ
religione, ad beatissimum
præparans ac disponens;



the scale towards document

mpè, in
festivi-
â, ma-
tus fuit.
line ad-
decol-
am Nu-
nciliari,
vivere
Virum
STORPI-
dem D.
noran-
ille, de-
onē ore
præviâ
Viatico,
lvatoris
fortat⁹
tantâq;
n semet
xit huic
mun-